Lehrreich ist die zu Grunde liegende geographische Anschauung. Melchior ist König von Nubien, wozu auch Arabien mit dem Sinai gehört. Hier, heisst es, sind die Einwohner stets dem Christenthume treu geblieben; sie haben an allen Orten, wo Christenleute wohnen, eigene Tempel und Kirchhöfe. Offenbar ist hier richtige Kenntniss von den abessinischen Christen anzunehmen. Balthasar herrscht in »Godolia«, wozu auch Saba gehört, Jaspar in »Tharsis« und über die hochberühmte Insel »Egrysculla«, in der, wie angegeben wird, später der Leichnam des heiligen Thomas bestattet wurde. Gemeinsam heisst es von den drei Königen, sie herrschen »in den Landen zu Indien, Chaldäa und Persien«. Sie kommen alle drei »vom Orient, da das Erdreich sich endet und die Sonne aufgeht. Dort hört man beim Anbruch des Tages und bei der Morgenröthe die Sonne mit so grossem Geräusch und Schall und mit so erschrecklichem Getöne aufgehen, dass, wer das nicht gewohnt wäre, es nicht möchte ertragen. Und darüber hinaus da werden die Menschen durch das Hallen des Firmamentes taub geboren« (Cap. 23 des Drucks). Bei der Rückreise gehen alle drei über Cilicien (Cap. 24 des Drucks). Auch sonst werden die drei Könige in gleicher Gegend wohnend gedacht, obwohl sie nach Jerusalem auf verschiedenen Wegen gekommen waren, unabhängig und unwissend von einander.

Nachdem die drei Könige nach Christi Geburt in Bethlehem gewesen sind, kehren sie heim und warten auf die Predigt von Christus und auf die Taufe. Nach Christi Tode begiebt sich der Apostel Thomas zu ihnen, die mittlerweile alt geworden sind, aber wie Simeon geharrt und gehofft haben. Freudig empfangen sie ihn. Nach Predigt und Taufe weiht er sie zu Erzbischöfen. Nach Thomas' Fortgang und Märtyrertode wählt eine Versammlung von Königen, Fürsten, Bischöfen, Priestern u. s. w., die die drei Könige ausgeschrieben haben, den Begleiter des Thomas, Jacob von Antiochia, zum Patriarchen und giebt ihm als solchem den Namen Thomas, wie forthin alle Patriarchen dort heissen. Dann heisst es weiter, Cap. 34 des Drucks, Cap. 31 der Olmützer Handschrift:

Ceterum praedicti tres reges gloriosi, quia liberos et heredes non habuerunt, extunc etiam de communi consilio et unanimi consensu omnium popu-

Digitized by Google

lorum ibidem congregatorum, ex omnibus populis ibidem congregatis elegerunt tunc virum strenuum, nobilem et illustrem, qui omnibus terris perpetue et regnis suis in temporalibus praeesse deberet, ut, si aliqui malivoli vel malefici patriarcham, episcopos seu presbyteros non curarent vel ipsis rebellarent seu a fide apostatarent, quod per brachium saeculare ad viam rectam possent cogi et compelli, et illud dominium perpetue deberet succedere per heredes et durare, et talis rector et gubernator in temporalibus non rex vel imperator deberet vocari, sed ab omnibus populis »presbiter Iohannes« in perpetuum deberet appellari. Nam »presbiter« Iohannes ex eo vocari deberet, quia presbitero nullus sit dignior in mundo, cuius potestate hominibus iustis et iniustis coelum clauditur et aperitur, et in cuius extensione manuum et elevacione omnium imperatorum et regum, principum et populorum genua et colla curvantur, prout haec et quamplurimas virtutes et dignitates idem presbiter Iohannes, qui est dominus Indorum, in suis litteris et epistolis specialiter scribit et exprimit in praesentem diem. Et litterae et epistolae suae, quas regibus et principibus mittit, sunt rotuli involuti, in quibus in principio scribit et mandat pro salutacionibus benedictiones omnium puerorum, servorum et ancillarum, avium, animalium, agrorum et vinearum, et uxorum et concubinarum et omnium, quae ille rex vel princeps seu homo possidet in domibus vel in campis, cui litteras suas mittit, et secundum quod ille est condicionis, cui litteras suas mittit, secundum hoc sibi scribit et demandat pro salutacionibus benedictiones. Et habet dexteram Dei benedicentem in gyro cum stellis ornatam in suis sigillis et vexillis[1]). Item idem dominus Indorum propterea »Iohannes« deberet vocari a duobus, videlicet a Iohanne evangelista, qui fuit presbiter et a domino prae ceteris magis electus et dilectus. Item idem dominus Indorum Iohannes deberet vocari nomine et honore Iohannis Baptistae, qui dominum baptisavit, cui etiam maior non surrexit inter natos mulierum, prout Thomas apostolus per omnia ipsos informavit.

Ceterum hii tres reges gloriosi omnibus regibus, principibus et nobilibus, episcopis et presbiteris ac omnibus populis Thomam patriarcham et presbiterum Iohannem in eorum dominos et rectores in spiritualibus et temporalibus tunc in perpetuum assignabant, quibus tunc universi reges et principes et nobiles ac universi populi obedienciam et homagium humiliter fecerunt et se eorum dominacioni et potestati subiciebant et laeti et gaudentes ac alacri corde super omnia, quae viderant et audierant et acciderant et acta et ordinata fuerant, ad propria sunt reversi. Et sic iidem domini et gubernatores Indorum in spiritualibus et temporalibus »patriarcha Thomas« et »presbiter Iohannes« in universo mundo sunt vocati in hodiernum diem.

Nachdem die drei Könige gestorben, lässt ihnen, doch erst später, der Priester Johannes eine Capelle in Jerusalem bauen, deren Benutzung jedoch durch die Saracenen hintertrieben ward. Cap. 36 (in Cap. 33 der Olmützer Hs.):

Et postmodum presbiter Iohannes et homines de regno Nubyae nati, qui

---

[1]) *Diese Angaben sind schwerlich aus der Luft gegriffen und verdienen Beachtung. Hatte der Verfasser etwa Briefe des Königs von Abessinien im Auge?*

Digitized by Google

in illis partibus Nubyani vocantur, subtus montem calvariae ex rupe et petra durissimam capellam sculpere (exsculpere *Olm.*) fecerunt, quam in honore trium regum consecrare fecerunt in memoriale, quod Melchior, rex Arabum et Nubyae, ibidèm in caligine et nebula resedit (*das war geschehen als er nach Christi Geburt bei Jerusalem angekommen war*), quando dominum infantem ad adorandum quaesivit. Et vocatur illa capella in partibus illis »capella Nubyanorum ad reges« in praesentem diem, sed Sarraceni nunc, prout patet, ianuam ipsius capellae lapidibus ob invidiam obstruxerunt.

Wo dann die verschiedenen christlichen Secten des Orients aufgezählt werden, werden die Nubier für sich besprochen, und offenbar liegt dabei Kenntniss des christlichen Reiches in Abessinien zu Grunde. Davon getrennt werden die Christen des Priesters Johannes in Indien, Cap. 41 (Cap. 38 Olmützer Handschr.): Item Indi de regnis presbiteri Iohannis nati sunt boni Christiani et habent pro se patriarcham, qui Thomas vocatur, cui ipsi in omnibus et per omnia obediunt, ut nos domino Papae; et presbitero Iohanni obediunt ut nos imperatori vel regi, et horum amborum habitatio est in civitate Seuwa [Senwa *in der Olmützer Handschr.*, Skulla[1]) *in der sonstigen Ueberlieferung*].

Der Priester Johannes ehrt die drei Könige ganz besonders. In Cap. 41 (38):

Ceterum in quali et quanta reverencia hii tres reges, qui domino munera obtulerunt, et honore habeantur in omnibus terris et provinciis in Oriente, et ab omnibus regibus, principibus et nobilibus et omnibus populis ibidem venerentur, est sciendum, quod presbiter Iohannes, dominus Indorum, et omnes reges sub eius imperio, et rex Georgiae superioris et rex Georgiae inferioris et omnes alii reges christiani, hii omnes in die epiphaniae sicut in die coronacionis eorum vestimentis regalibus et aliis ornamentis in honore trium regum beatorum sunt ornati et coronati, et tribus vicibus in missis offerunt oblaciones; videlicet in introitu missae, offertorio et communione offerunt aurum, thus et mirram cum maxima humilitate et devocione, et alii principes et nobiles quivis prae alio se ornat, prout est maioris nobilitatis et facultatis, et etiam offerunt ter in missis oblationes.

Die Länder der drei Könige gehen gemeinsam auf den Priester Johannes über, werden also als zusammenliegend angenommen. Vgl. Cap. 34. In dies Land des Priesters Johannes schifft man von Aegypten aus durchs rothe Meer. Aber gegenseitig verhindern der Sultan und der Priester Johannes die Durchfahrt aller derer, denen sie nicht ganz trauen. Der Sultan lässt keinen Europäer nach Indien überschiffen, damit er nicht dem Priester Johannes, »der ein Herr ist über Indien, oder anderen Königen in Indien und dem Oriente« Briefe von den Christenkönigen überbringe, die sie aufforderten, sich gegen den Sultan zu verbinden und gemeinsam zu verschwören. Ebenso macht es auch der Priester Johannes, der jenseits des rothen Meeres wohnt, damit Keiner aus seinem Lande zu dem Sultan schiffen möge, ihm zum Schaden (Cap. 10).

Ueber den Kampf des Priesters Johannes mit den Tartaren ist bereits in Capitel V (s. o. S. 117 fg.) gehandelt.

---

[1]) Skulla *wird aus der Schreibung* Seulba (= Seuwa, w *ähnelt oft einem* lb) *entstanden sein, oder auch umgekehrt.*

Digitized by Google

Am Fusse des Berges Vaus (*oder* Victorialis), *auf dem die Sternwarte war, um den prophezeiten Stern zu beobachten, hatten die drei Könige die Stadt* Seuwa (Skulla, *s. o.*) *gebaut und diese wird die Residenz des Priesters Johannes und des Patriarchen Thomas:*

Et propter talem et tantam devotionem ipsi tres reges maximam et nobilissimam civitatem in pede huius montis construxerunt et fecerunt et ditissime consummaverunt. Et ipsam civitatem Seuwa vocaverunt, quae adhuc nunc est maior et ditior civitas in omnibus partibus Indiae et Orientis in praesentem diem, et in hac civitate est habitacio domini Indorum, qui presbyter Iohannes vocatur, ac Thomae, Indorum patriarchae.

5. Die Reisebeschreibung des Johannes Witte de Hese.

1389.

Der Name des Verfassers ist bisher stets nur Johannes de Hese citirt; aber wir haben keinen Grund an der Zuverlässigkeit der Berliner Handschrift zu zweifeln, die ihn *Johannes Witte de Hese* nennt. Seine Person ist urkundlich nicht nachgewiesen; dass er dem Niederrhein angehörte, wird auch dadurch bestätigt, dass er (§ 23) Köln zum Vergleich herbeizieht; übrigens habe ich es für unnöthig gehalten, über seine Person eine weitere Untersuchung anzustellen. Denn sein Werk ist vom Anfang bis ans Ende eine Fiction, anmuthig geschrieben, aber kaum irgendwo eine brauchbare Quelle benutzend. Dass der Verfasser nie selbst im Orient war, beweist gleich der Anfang, wo er erzählt, dass er von Jerusalem über den Jordan nach Hermopolis, von da über das rothe Meer an den Sinai, darauf durch die Wüste nach Damiette, und von hier aus zu Schiffe nach Indien gefahren sei. Ebenso kommt er auf der Rückfahrt von dort zu Schiffe nach Jerusalem. Auch in den Einzelheiten hat er es nur auf das Wunderbare abgesehen, und nur Quellen benutzt, die ihn nach dieser Richtung befriedigten. Gleich im Anfange (§ 1 fg.) bei Einführung der ägyptischen Stadt *Hermopolis* verräth er seine Vorlage, es ist der Liber de infantia Mariae (ed. O. Schade, Königsberger Programm 1869), vgl. das. S. 40. Der Presbyterbrief ist ferner eine dieser Quellen, dann der Bericht vom Patriarchen Johannes. Er wirft allerdings Presbyter und Patriarch nicht zusammen, aber die Beziehung des Letzteren zum Apostel Thomas wird ihm doch augenscheinlich die Veranlassung, *Edissa* herbeizuziehen, wo nach der eigentlichen Legende die Ruhestätte des Apostels war, und dort den Palast des Priesters

Digitized by Google

Johannes anzusetzen. Das *mare arenosum* und die darin gefangenen Fische (§ 15) werden dem Presbyterbrief § 31, die Notiz über den Pfeffer demselben § 25, ebenso auch die *pigmaei* und *monoculi* ihm angehören, obwohl für alle diese dem Verfasser auch andere Quellen bekannt sein konnten; deutlich verräth sich dagegen die Anlehnung an den Presbyterbrief in der Schilderung des vielstöckigen Palastes (§ 24 fg.), auf die offensichtlich der wunderliche Aufbau des Spiegelunterbaues (Epist. presb. Ioh. § 67 fg.) von Einfluss gewesen ist; in § 35 erscheint auch jener verrätherische Spiegel selbst; die 72 *reges* in § 38 gehen auf § 9 des Briefes, die Notiz über den seltenen Verkehr mit den Weibern (in § 39) auf § 64 des Briefes, doch erweitert, entweder aus der Interpolation des Briefes (vgl. § 55 q desselben) oder aus directer Kenntniss der Sage von den Amazonen; auch die Angabe des Titels des Priesters Johannes verräth, obwohl er nicht ganz übereinstimmt, Kenntniss des Briefes. Aus dem Bericht über den Patriarchen Johannes sind die §§ 19—48 von Johannes Witte für § 41—46 seiner Reisebeschreibung verwendet worden; aber eine wörtliche Benutzung kommt auch hier kaum vor; der Verfasser hat eben seinen eigenen Stil. Die Herrschaft des Priesters Johannes ist ganz ins Fabelhafte gesteigert, er ist der Herrscher über den Gross-Khan. Die sich drehenden Palasträume (§ 33. 34 und 37), und die Löwen (§ 27), sowie den Riesen (§ 36), welche den Nicht-Christen und Ketzern oder den eintretenden Feinden gefährlich werden, scheint er sogar aus französischen Romanen herübergenommen zu haben: in den Gralromanen z. B. finden sich solche Erfindungen mehrfach. Vgl. z. B. P. Paris, Romans de la Table ronde I, 217. Potvin, Introduction S. XXXIII und XXXII seiner Ausgabe des Perceval le Gallois von Chrestiens und seinen Fortsetzern, Bd. V. Die Erzählung von dem Fisch *iasconius* (§ 51) ist aus den Reisen des heiligen Brandanus entnommen; vgl. Sanct Brandan, hsgg. von Carl Schröder, S. 10 fg. Das Lebermeer stammt aus dem Herzog Ernst, wie die Zusammenwerfung desselben mit dem Magnetberge beweist; doch ist die Fabel von letzterem hier ganz anders gewandt: der Magnet befindet sich am Grunde des Meeres und zieht die Schiffe zu diesem hinab.

Wiederholt finden wir als Jahr der angeblichen Reise 1489 angegeben. Das ist falsch, obwohl einige Drucke und vielleicht selbst die Genter Handschrift diese Jahreszahl bieten. Aber vom Jahre 1499

Digitized by Google

ist bereits ein Druck vorhanden, und wenn die Reisebeschreibung so bald gedruckt herausgekommen wäre, so würde sich schwerlich noch eine handschriftliche Ueberlieferung gebildet haben. Es scheint aber ziemlich viele Handschriften zu geben, darunter selbst auf Pergament, und die von mir benutzte Berliner Papierhandschrift ist entschieden älter als 1489. Es muss also 1389 heissen, wie auch die älteren Drucke und die Berliner Handschrift geben, und wie ebenso die Histoire littéraire 24, 490 das Werk ansetzt.

Eine Analyse dieses Schriftstückes bietet Reiffenberg in l'Histoire des ducs de Bourgogne par de Barante, Brüssel 1835, V, S. 425 fg. Vgl. auch Beckmann, Litteratur der älteren Reisebeschreibungen II, 394. Nur durch Anführung Anderer kenne ich das Citat »Pierre Bergeron, Traité de la navigation XIII, 52«.

Handschriften sind mir bekannt geworden, auf Pergament in Gent; vgl. Pertz Archiv 7, 1012, 13 und Jules de St. Génois, Catalogue des manuscrits de la biblioth. de Gand S. 8 fg. (Nr. 10, soll heissen 11); dann in Wien Nr. 4758, 10 Papier; endlich in Berlin, Ms. lat. fol. 245 Papier. — Gedruckt ist das Werk häufig, in Deutschland und Holland; es wurde den Ausgaben des Presbyterbriefes vorangeschoben, sodass auch die Titel fortan den »Itinerarius Joannis de Hese« voranstellen. Diese Drucke sind zum Theil ohne Angabe des Jahres und Ortes, datirte von 1499, 1504 (Daventriae) u. s. w. bis 1565, aus welchem Jahre Yule, Cathay etc. I, CXLI Anm. 1 noch einen Antwerpener Druck anführt.

Die Drucke enthalten eine Ueberarbeitung, die bemüht war, das Küchenlatein des Originals in das schon durch die Humanisten veredelte Latein des ausgehenden 15. Jahrh. umzusetzen; so wenn es im Original hiess (§ 4): *de cuius fontis aqua dicitur, quod caeci vident, ipsis accipientibus, et infirmi sanantur* etc., so heisst es dafür in den Drucken: *de cuius fontis aqua dicitur, quod caeci accipientes de ea recipiunt visum, infirmi sanantur* etc. Wenn dort (§ 7): *lampas se ipso incenditur*, so hier: *per semet ipsam;* wenn dort (§ 15): *quia fundus illius maris dicitur quod sit lapideus*, so hier: *quia fundus illius maris dicitur esse lapideus;* wenn dort (§ 18): *et sunt ibi ultra quingenti pontes*, so hier: *plus quam quingenti;* wenn dort (§ 28): *dicitur, quod ibi sit una magna liberia et una camera, ad quam doctores transeunt ad illam*, so hier: *dicitur etiam ibi esse magna libraria in*

Digitized by Google

camera, *ad quam doctores transeunt studere* u. s. w., fast jeder Satz bietet Beispiele. Zuweilen ist auch, vielleicht weil die Vorlage an der Stelle fehlerhaft war, ein ganz anderer Sinn an die Stelle des ursprünglichen getreten; vgl. z. B. in § 44 die Lesarten. Einige Male fehlen auch grössere Partien, so in § 44 und in § 24. — In den Drucken finden sich viele Fehler, in den späteren in immer zunehmender Menge. Nach einem dieser letzteren hat G. Oppert das Werk neu herausgegeben in seinem Buche S. 180—193.

Ob bereits eine der Handschriften den Text der Drucke gewährt, habe ich nicht untersucht. Ich beschränkte mich auf die Benutzung der gut geschriebenen Berliner Handschrift, die das Original im Ganzen treu wiederzugeben scheint. An einigen Stellen hat auch sie sich kleinere und grössere Auslassungen (letztere durch Abirren des Auges) zu Schulden kommen lassen; ich habe diese aus den Drucken ergänzt, im Uebrigen aber die Lesarten der letzteren nur wo besondere Gründe vorlagen angegeben. Ich konnte von ihnen um so eher absehen, als ja G. Oppert's Abdruck leicht zugänglich ist.

Ich habe die anmuthig geschriebene und aus einem Gusse hervorgegangene Erzählung ganz aufgenommen, obwohl der Priester Johannes zuerst in § 17 erwähnt wird und wir mit § 48 sein Land wieder verlassen.

1. [180][a]) Anno domini m°ccc°lxxxix° Iohannes Witte de Hese, presbiter Traiectensis diocesis, fui in Iherusalem in Maio, visitando ibi sancta loca, peregrinando ulterius versus Iordanem et per Iordanem ad mare rubrum ad partes Aegypti ad unam civitatem vocatam Hermopolis, quae dicitur capitalis civitas Aegypti, ubi beata virgo septem annis morabatur cum filio suo, domino nostro. **2.** Et in mari rubro praedicto vidi pisces volantes super aquas ad spacium tantum, quantum balista posset sagittari. Et illi pisces sunt rubei coloris, habentes in longitudine ultra duos pedes, habentes eciam caput rotundum ut cattus et rostrum ut aquila, de quibus piscibus comedi. Et sunt pisces grossi; propterea oportet ipsos diu bulire. Et vidi plura animalia rara, de quibus non habeo memoriam. **3.** Eciam vidi in dicto mari rubro serpentes volantes ad terram et revertentes econtra ad mare rubrum, et sunt valde nocivi hominibus eos intoxicando. Contra quos habetur cinis de palma combusta, crescens ibidem et in terra sancta, et eciam quaedam herba, Coral nuncupata, crescens in mari rubro in loco, per quem Moyses perduxit popu-

---

A = Ms. lat. fol. 245 der Berliner Königlichen Bibliothek.
a = die Drucke des 15. und 16. Jahrh.

[a]) *Diese Ziffern verweisen auf G. Oppert's Ausgabe.*

Digitized by Google

lum Israheliticum. Et ille locus seu via [181] agnoscitur per quatuor magnos lapides nigros stantes in ripa maris, duo ab una parte maris et duo ab alia parte. **4.** Et in civitate Hermopolensi praedicta est ortus, in quo morabatur beata virgo, et in illo est fons, in quo beata virgo lavit sua necessaria, de cuius fontis aqua[a] dicitur, quod caeci vident ipsis accipientibus et infirmi sanantur et leprosi mundantur. In quo orto crescit balsamum. **5.** Eciam in civitate praedicta est una ecclesia mirae magnitudinis, constructa in honore sanctae Trinitatis et gloriosae virginis, quae prius fuit templum ydolorum, in quod cum beata virgo primo venit ex metu Herodis in Aegyptum fugiendo, daemones fugierunt et ceciderunt ydola in templo, ut dicitur ibidem.

6. Et de illa civitate Hermopolensi sunt octo dietae usque ad civitatem Amram, quae iacet supra mare rubrum, ubi iterum transnavigatur directe per mare rubrum[b] et transitur pedester septem diebus ad montem Synai, in quo iacet corpus beatae Katherinae virginis in claustro canonicorum regularium devote vivencium et nisi in die semel comedencium, quorum sunt[c] 13 in numero. **7.** Et sunt eciam ibi 13 lampades ardentes, quae nunquam possunt extingui, sed absque aliquo augmento semper vivunt. Sed cum unus canonicorum moritur, tunc una se ipso extinguitur tamdiu donec iterato ad locum alius eligitur, et tunc lampas se ipso sine aliquo adiuvamento incenditur econtra. Et illud claustrum est fortissime munitum propter animalia nociva.

8. De sepulchro sanctae Katherinae stillant in qualibet septimana nisi tres guttae olei, quod olim in magna copia stillare consuevit. Et eciam ibidem est lapis, quem Moyses percussit, et fluxerunt aquae filiis Israel. Et ibi sunt volucres portantes in ore ramos olyvarum, ponentes illos infra emunitatem claustri. Et sunt illi aves ut turtures in magnitudine, habentes alba capita et colla. **9.** Item in[d] monte Synai sunt quatuor dietae per desertum usque ad campum Helym, in quo Moyses construxit altare domino, quod altare iam corruit et iacent adhuc lapides ibidem de illo. Et in eodem campo quieverunt filii Israel per XL dies, quando Moyses acceptavit legem. **10.** Et in eodem campo sunt duodecim fontes, de quibus si quis biberit, nunquam excaecantur eius oculi, [182] ut dicitur. Et sunt eciam ibidem LXXII palmae, quas Moyses ibi plantavit et cum quibus semper obtinuit victoriam, et ad illum campum non possunt venire animalia venenosa. Et crescunt ibidem multae bonae species. **11.** Et prope illum campum est unus fluvius, qui dicitur Marach[e], valde amarus, in quem Moyses percussit virga et accepit dulcedinem; de quo filii Israel biberunt. Et adhuc hodiernis temporibus, ut dicitur, animalia venenosa intoxicant illam aquam post occasum solis, quod bona animalia exinde bibere non possunt: et de mane post ortum solis venit unicornus[f], ponens cornu suum ad dictum fluvium ad expellendum venenum ex illo, sic quod bona animalia de die accipiunt potum. Et hoc vidi. **12.** Et ulterius per unum magnum miliare est habitacio unius sancti heremitae, ubi sanctus Paulus, primus heremita, et sanctus Anthonius habitabant. Et idem heremita adhuc hodiernis temporibus pascitur manna coelesti; quem heremi-

---

[a]) *fehlt A.* [b]) ubi *bis* rubrum *fehlt in A durch Abirren des Auges.* [c]) *fehlt A.* [d]) de *a.* [e]) Marath *a.* [f]) unicornus *a*, unicornis *a.*

Digitized by Google

tam vidi[g], et dormit super lapidem et est vestitus veste pilosa secundum modum beati Iohannis Baptistae.

13. Et ulterius transeundo, bene per quindenam, per desertum et per terram Ur[h] Caldeorum, ubi[i] rubei Iudei habitant, veni ad fluvium Nylis[k], in quo navigavi per unum diem ad unum portum maris ad civitatem quandam vocatam Damiad, et ibi intravi navem, navigando per mare Occeanum bene per tres menses ad Aethyopiam, quae regio dicitur »inferior India«, ubi sanctus Bartholomaeus praedicabat. Et ibi morantur Aethyopes, nigri homines. **14.** Et ulterius navigando veni ad pigmaeos, et sunt parvi homines, habentes in longitudine[l] unius ulnae, et sunt difformes et non utuntur domibus, sed morantur in cavernis moncium et in speluncis et in conchis, nec utuntur pane, sed herbis, speciebus et lacticiniis, ut bruta. Et dicitur ibidem, quod pigmaei pugnant saepe contra ciconias et ciconiae interficiunt pueros eorum aliquando. Sed hoc non vidi. Et vivunt ad maius xii annis, ut dicitur, et non ultra. **15.** Et ulterius navigando de mare Aethyopiae infra maria iecoreum et arenosum per quatuor dietas veni ad terram monoculorum. Et mare iecoreum est talis naturae, quod attrahit naves in profundum[m] propter ferrum in navibus, quia fundus illius maris dicitur quod sit lapideus de lapide [183] adamante, qui est attractivus. Et ex alia parte est mare arenosum, et est[n] arena fluens ut aqua, crescens et decrescens, et in illo mare capiuntur pisces per monoculos, qui intrant pedester. **16.** Et eidem monoculi transeunt eciam aliquando sub aqua periclitando naves. Et propter ista duo maria, infra quae navigare oportet, est periculosissimum navigare, et propterea necesse est, quod habeatur bonus et directus ventus, si homo debet salvari. Et illi monoculi sunt breves, grossi et fortes, et comedunt alios homines, et habent oculum[o] in medio frontis, lucidum[p] ad modum carbunculi. Et sunt sub dominio Grandicanis, et laborant semper in nocte.

17. Et ulterius navigando ad mediam Indiam, ubi Grandicanis regnat sub imperio Iohannis presbiteri, veni ad civitatem magnam, quae vocatur Andranopolis, quam sanctus Thomas primo ad fidem convertebat. Et in illa civitate morantur boni Cristiani et multi religiosi, et est sita in littore maris, et ibidem est portus, ubi multi naves de diversis mundi partibus conveniunt. **18.** Et sunt ibidem domus multum altae[q], et plateae sunt satis strictae, sic quod homines non senciant[r] solem neque habeant in plateis. Et sunt in eadem civitate ultra quingenti pontes lapidii, sub quibus fluunt rivuli, et ibidem est unum claustrum Minorum, quorum ecclesia facta est de puro alabastro, et ibidem sepeliuntur peregrini cristiani. **19.** Et in eadem civitate prope litus maris est una turris magnae altitudinis et pulchritudinis, quam de nocte astronimi et litterati ascendunt futura praenosticando[s]; et de die domini civitatis et maiores habent eorum consilia. Et in summitate illius turris stant quinque turres de lapidibus preciosis et de auro, quarum media

---

[g]) ego Iohannes de Hese praedictus vidi *a*. [h]) Hur *a*. [i]) ibi *A*. [k]) Nilum *a*. [l]) in longum longitudinem *a*. [m]) in pr. *fehlt A*. [n]) *fehlt A*. [o]) oculos *A*, unum oculum *a*. [p]) nitidum *a*. [q]) alti *A*. [r]) senciunt *A, aber vgl. das folgende* habeant. [s]) prenosticendo *A*.

Digitized by Google

est magis elevata quam reliquae quatuor, in qua stant candelae et lampades ardentes in nocte, sic quod nautae remotissime videntes lucem secundum hoc se regunt applicando se civitati praedictae. **20.** Et prope illam civitatem est unum claustrum appellatum »ad sanctam Mariam«, ubi habitant devoti homines. Et ibidem est peregrinacio magna peregrinorum[t]. Et ibi prope eramus capti per raptores Grandicanis, ipso existente in partibus[u] et adducti [184] in castrum unum vocatum Comparduc[v], ubi octo detenti eramus septem septimanis. Sed cum iterum Grandicanis veniebat ad partes, eramus liberati eo quod fueramus peregrini sancti Thomae, quos diligit, quamquam ipse fuit paganus, quia maxime timet vindictam sancti Thomae. Et cibavit nos septem diebus in eodem[w]. Et postea fecit nobis dari conductum per suos bene XII diebus ad unam civitatem magnam, Eleap[x] nuncupatam, et ibi terminatur media India[y].

21. Et ibi intravimus navem navigando sub ducatu Grandicanis praedicti octo diebus, veniendo ad unum montem altissimum petrosum, iacentem in mari, habentem subtus unum foramen per spacium trium miliarium, per quod nos transnavigare oportuit. Et illud foramen est ita tenebrosum, quod semper oportebat nos habere candelas ardentes. Et in exitu foraminis oportebat navem descendere nobiscum[z] bene ad spacium viginti cubitorum, quia ibidem mare respectu foraminis est ita bassum; et maxime ibidem timebamus. **22.** Et ibi prope in terra crescit piper inter duos montes. Et ibidem tot sunt serpentes, quod piper colligi non potest absque igne. Sed circa festum sancti Michaelis incenditur ignis, sic quod serpentes fugiunt, et tunc colligitur piper. Et isti duo montes in fine, ubi terminantur, prope mare coadunantur, et fit[a] subtus foramen tenebrosum ad spacium trium miliarium. Et per illud foramen transit rivolus velocissime currens, sic quod ducit secum magnos lapides. Et in illo foramine audiuntur horribiles soni et tonitrua et clamores diversi horribiles. Sed quid significet, nescitur et nullus intelligit.

23. Et ulterius navigando per mensem venitur ad unum portum, qui Gadde vocatur, et ibi stat castrum, ubi mercatores dant theolonium presbitero Iohanni. Et ulterius navigando per XIIII dies venitur ad civitatem Edissam, ubi presbiter Iohannes moratur. Et illa civitas est capitalis tocius regni sui et est sita in superiori India in fine terrae habitabilis, et illa civitas est maior quam essent XXIII[or] civitates Colonienses. **24.** Et habitacio presbiteri Iohannis est sita in medio civitatis, et habet bene in longitudine duo miliaria [185] teutonica et eciam bene tantum in latitudine, quia est quadratum[b], et palacium[c] stat super columpnas, quarum[d] sunt, ut dicitur, IX C in numero, et media inter istas columpnas est maior aliis, et ad hanc sunt facti quatuor magni gigantes de lapidibus preciosis et deauratis, stantes inclinatis capitibus

---

[t]) in quo quidem claustro magnus est concursus et visitatio peregrinorum de longinquis partibus venientium *a.* [u]) illo vero non existente in partibus illis *a; das* non *ist wohl richtig.* [v]) Compardit *a.* [w]) *wohl zu ergänzen* castro. [x]) Heleap *a,* Beliab *a.* [y]) Iudea *A.* [z]) *fehlt a, es ist wohl ein Wasserfall gemeint.* [a]) sit *A.* [b]) nam civitas quadrata est *a, und so ist es auch zweifelsohne zu verstehen.* [c]) *fehlt A.* [d]) quare *A.*

Digitized by Google

subtus palacium, acsi portent totum palacium. **25.** Et ad quamlibet aliam columpnam sunt eciam factae ymagines, ad[e] unam ymago regis et ad aliam ymago reginae, habentes ludos et cyphos deauratos in manibus suis. Tunc ymago reginae habet cyphum aureum in manibus suis sibi propinando et sic econtra. Et istae ymagines[e] sunt de lapidibus preciosis deauratis. **26.** Et ita sub palacio est magnus transitus, ad quem populi multitudo convenit. Et ibidem fiunt iudicia spiritualia et saecularia omni die et concilia dominorum civitatis. Et ibidem est commune forum civitatis, et in principio cuiuslibet mensis sunt ibidem nundinae sive dedicaciones[f], ad quas homines de diversis mundi partibus conveniunt, et praecipue prima die Augusti. **27.** Item idem palacium custoditur omni nocte mille viris armatis. Item in palacio est unus pulcher ambitus, stans eciam super columpnas, ad quas sunt facti ymagines paparum et imperatorum Romanorum, qui fuerunt, et aliquarum reginarum, scilicet Helenae. Item ascendendo palacium sunt quingenti gradus veniendo ad primam habitacionem, et in quolibet gradu sunt duo vel plures leones viventes, detenti ibidem. Et si aliqui haereticorum vel paganorum praedictos gradus ascenderent, a leonibus interficerentur, ut dicitur. Et istud palacium infimum vocatur »palacium prophetarum«, quia omnes prophetae sunt ibidem facti de lapidibus preciosis et deauratis, et est ornatum pannis preciosissimis, et lanternis[g] die ac nocte ardentibus. **28.** Item ascendendo secundum palacium sunt adhuc plures gradus, quia quanto plus ascenditur, tanto plus palacium ampliatur, et istud palacium dicitur »palacium patriarcharum«. Et dicitur, quod ibi sit corpus Abrahae. Et in isto palacio sunt plures camerae et dormitoria pulcherrime ornata, et ibidem est orilogium mirabiliter factum, quia si quis alienus intraverit, orlogium dat sonum horribilem, sic quod ibi fit[h] concursus populi videndo et apprehendendo illos, propter quos fit talis [186] sonus. Et qualiter hoc sit, nescio. Item dicitur, quod ibi sit una magna liberia[i] et una camera, ad quam doctores transeunt ad illam. **29.** Item ascendendo ad terciam habitacionem, ubi adhuc sunt plures gradus, dicitur »habitacio sanctarum virginum«. Et ibidem est pulcherrima capella, et ibidem est refectorium laycorum et familiarium. **30.** Item ascendendo ad quartam habitacionem, dicitur »habitacio sanctorum martirum et confessorum«, et ibidem eciam capella et refectorium dominorum et dormitorium. **31.** Item ascendendo ad quintam habitacionem, ibi est »chorus sanctorum apostolorum«, et ibi est ecclesia mirae pulchritudinis, et tenentur divina officia coram presbitero Iohanni, et ibidem refectorium presbiteri Iohannis, longum et latum ac mirae pulchritudinis. In quo sunt multae preciosae ymagines de lapidibus preciosis et deauratis. Et ibi est mensa presbiteri Iohannis et est de lapide precioso facta, et tamen est ita levis, acsi esset lignea, et ita pulchra et lucida, quod facies speculatur in eadem. Et habet talem virtutem, quod si praedictae mensae apponerentur cibaria venenosa, nulli nocerent, et si illa mensa fricatur digito aut alio instrumento, tunc sintillae ardentes saltent ex eadem. **32.** Et ibidem eciam fons largissime currens, et

---

[e]) *von* ad *bis unten* ymagines *fehlt in a, durch Abirren des Auges.* [f]) *soll wohl »Kirchweihen« bedeuten.* [g]) lucernis *a.* [h]) sit *A.* [i]) liberaria *a.*

Digitized by Google

ibidem campana, quam sanctus Thomas fieri fecit, quam obsessi audientes[k] curantur, XII spiritus maligni fugiunt, nec animalia venenosa possunt audire eandem. Et dicitur campana »Benedicta«, et illa pulsatur ante prandium presbiteri Iohannis, et in medio prandii et eciam facto prandio. Et ibidem sedent in cathedris octo doctores, qui legunt in prandio presbiteri Iohannis[l] diversas materias pulchras, valde delectabiles. Et habet in prandio vasa preciosissima, aurea, argentea et de lapidibus preciosis in magna quantitate. Et ibidem sunt vasa, quod si cibaria starent per unum diem et amplius in eisdem, nunquam putrescerent nec sapor mutaretur. Et ibidem est dormitorium patriarchae, archiepiscoporum et aliorum praelatorum. **33.** Item ascendendo ad sextam habitacionem, quae dicitur »chorus sanctae Mariae virginis et angelorum«, ibi capella pulcherrima, et de mane omni die post ortum solis cantatur ibi missa de beata virgine solempniter. [187] Et ibi est speciale palacium presbiteri Iohannis et doctorum, ubi tenentur concilia. Et illud potest volvi ad modum rotae, et est testudinatum ad modum coeli, et sunt ibidem multi lapides preciosi, lucentes in nocte, ac si esset clara dies. Et istae duae ultimae habitaciones, scilicet quinta et sexta, sunt maiores et laciores aliis. **34.** Item ulterius ascendendo ad habitacionem septimam, quae est summa, dicitur »chorus sanctae Trinitatis«, et ibi est capella pulcherrima pulchrior aliis[m], et ibi celebratur omni die missa de sancta Trinitate mane ante ortum solis, quam semper audit presbiter Iohannes, quia mane post mediam noctem surgit; et postea audit missam subtus de beata virgine, et postea summam missam, quae semper celebratur in choro sanctorum apostolorum. Et ista capella est nimis alta testudinata, et est rotonda ad modum coeli[n] stellati et transit circumeundo ad modum[n] firmamenti et est pavimentata de ebureo[o], et altare est factum de ebureo et de lapidibus preciosis. **35.** Et ibidem est una parva campana, quam quicunque audit non incurrit illo die surditatem, ut ibidem credunt. Et ibi est eciam facies Veronicae, quam quicunque illo die vidit non deficiet visu, ut dicunt. Et ibi prope est dormitorium presbiteri Iohannis, mirae pulchritudinis et magnitudinis et testudinatum et stellatum ad modum firmamenti; et ibidem est sol et luna cum septem speris planetarum, tenentes cursus suos ut in coelo, et hoc est artificialiter factum. Item ibi est speculum, in quo sunt positi tres lapides preciosi, quorum unus dirigit et acuit visum, alter sensum, tercius experienciam. Ad quod speculum sunt electi tres valentissimi doctores, qui inspiciendo speculum vident omnia, quae fiunt in mundo, ut ibidem dicitur. **36.** Item sunt ibi artificialiter facti novem chori angelorum, et in hiis choris sunt factae[p] ymagines pulcherrimae angelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martirum, confessorum, trium regum atque virginum de lapidibus preciosis et de auro. Item in summo scilicet choro sedet maiestas, cui serviunt XXIIII[or] seniores et summi archangeli, tenentes in manibus suis rotulas tamquam cantantes »Glo-

---

[k]) audiunt *A*. [l]) alternatim *zugesetzt a*. [m]) *hiernach in A:* et perua (parva?). [n]) coeli *bis* modum *fehlt A; die Worte sind nicht unverdächtig, aber das Entstehen der Lücke durch Abirren des Auges liegt so nahe, dass ich sie in den Text gesetzt habe.* [o]) ebore *a, hier und gleich nachher.* [p]) facti *A*.

Digitized by Google

ria in excelsis«, »Sanctus« et similia. Item sunt ibidem tres cruces preciosissimae prope lectum, [188] quas presbiter Iohannes semper adorat. Et sunt ibi duo fontes, quorum unus est frigidus et alter calidus. Item stat ibi magnus gygas, fortiter armatus; et dicitur, quod si aliquis inimicus intraret post occasum solis, quod gygas illum interficeret. **37.** Item supra isto septimo et ultimo palacio sunt xx turres mirae altitudinis et pulchritudinis deauratae, sub quibus totum palacium concluditur et tegitur. Et in isto ultimo palacio sunt eciam xxiiii palacia seu camerae, quae possunt circumvolvi ad modum rotae. Et ita istud totum palacium habet septem habitaciones prius narratas, in quibus adhuc plura mirabilia et rara, quibus iam non recordor. **38.** Item istud totum palacium est situm super uno flumine, quod dicitur Tigris, veniente de paradiso, de quo flumine proicitur aurum. Item extra civitatem sunt xii claustra, quae sanctus Thomas suis temporibus fieri fecit in honore Cristi et xii apostolorum. Item ante palacium presbiteri Iohannis est signatum aureis literis, quod omne die comedunt ibidem xxx M hominum exceptis ingredientibus et egredientibus. Item ibidem nisi semel in die comeditur. Item presbiter Iohannes transit de mane ante prandium ut papa, scilicet cappa[q] longa rubea preciosissima, et post prandium transit ut rex equitando et terram suam gubernando. Et scribit se in literis suis »Iohannes presbiter, divina gracia dominus dominancium omnium, quae sub coelo sunt ab ortu solis usque ad paradisum terrestrem«. Item sub eo sunt et regnant lxxii reges, quorum sunt xi cristiani. Item homines non utuntur ibidem vestibus de lanis factis ut nos, sed vestiuntur pannis factis de cerico et pelliculis rubicundis.

39. Et ibi est una terra, ubi non morantur mulieres, sed solummodo viri. Sed mulieres morantur remotae ultra mare per quatuor dietas navigando in una insula vocata »terra feminarum«. Et est fortiter circummurata[r]. Et illae mulieres tribus vicibus veniunt in anno ad viros pro prole generanda. Scilicet ante septuagesimam, ante festum Iohannis Baptistae et ante festum sancti Michaelis, et sunt simul tribus diebus et noctibus coeundo. Et tunc non intrant ecclesias, sed audiunt missas per fenestras. Et eciam istis diebus fiunt sponsalia inter ipsos. Et tunc quarta die revertuntur ad terram suam, et si pariunt filium, nutriunt per triennium [189] et tunc mittunt patri. Si femella[s], tunc manet cum ipsis.

40. Sunt eciam ibi[t] quatuor flumina paradisi, quorum Tigris dat aurum, ut dictum est, et secundum, scilicet Phison, emittit lapides preciosos, et tercium, scilicet Geon, dat dulcedinem aquarum, et quartum flumen, videlicet Eufrates, dat fertilitatem terrae semel in quolibet mense; et propterea colligunt ibidem fructum bis secum[u] in anno. Et ibi est finis Indiae et terrae habitabilis[v].

41. Ad visitandum sanctum Thomam, qui iacet quatuor dietis eundo pedester a civitate[w] praedicta in civitate vocata Ilulna, iacente per duo miliaria in mari in uno magno monte, et antequam fiat transitus ad sanctum Thomam

---

[q]) cum cappa *a*. [r]) circummutata *A*. [s]) si vero femellam peperint *a*. [t]) *fehlt A*. [u]) *fehlt a*. [v]) habitaculis *A*. [w]) Edissa *fügen die Drucke ausdrücklich hinzu*.

Digitized by Google

oportet quod homines se praeparent ieiunando per quindenam et abstinendo se a carnibus et piscibus, et omni die confitendo, ieiunando et devote vivendo. Et fit nisi semel transitus in anno, octo diebus ante festum sancti Thomae et octo diebus post, et per illam quindenam stat mare apertum per illa duo miliaria ante praedictam civitatem. **42.** Transiunt siccis pedibus et tenet se mare ab utraque parte ut duae parietes. Et mare paganos non permittit transire. Et intrando civitatem praedictam venitur ad ecclesiam sancti Thomae, et in vigilia sancti Thomae ponitur corpus suum ad cathedram magnam deauratam, factam de lapidibus preciosis ante summum altare, et stat ibidem a primis vesperis usque ad secundas. Et custoditur plus quam mille viris armatis illis quindecim diebus civitas et ecclesia, et convenit ibidem populi multitudo, vigilantes nocte et orantes. **43.** In die sancti Thomae venit presbiter Iohannes cum patriarcha et archiepiscopis et episcopis atque praelatis ad cantandum divina officia, et cantantur ibidem plures missae, antequam summa incipiatur. Et ad summam missam praeparat se patriarcha illam cantando, et cum venerit ad canonem, discooperitur facies apostoli, itaque ab omnibus videtur. Et in elevacione facies[x] ipsius triplicem habet apparenciam, primo apparet facies ipsius pallida ut mortui hominis, secundo alba et viva ut viventis hominis et tercio rubicunda ut rosa. **44.** Et patriarcha conficit ibi sacramentum cum magna copia. Et missa finita [190] accedit ad sacramentum presbiter Iohannes cum archiepiscopis, praelatis, religiosis et devotis hominibus, se flexis genibus inclinando humiliter et accipiendo sacramentum de manibus patriarchae, porrigit sibi[y] sacramentum ad digitos, et stat manus apostoli semiclausa et elevata aliquantulum[z]. Et accipiunt Cristi fideles digni sacramentum, quibus aperit se manus, et indignis retrahit. Et[a] sic omnes accedunt ad sacramentum de manu apostoli cum magna devocione et timore. Et vidi tempore, quo ego eram ibi, quod scilicet anno domini esc. M°CCC°XC°, quod manus sancti Thomae subtraxit sacramentum tribus hominibus, qui poenitencia ducti flendo amare[b] et omnibus ibidem existentibus pro ipsis orantibus postea de manu apostoli sacramentum receperunt[a]. **45.** Et ob[c] reverenciam duo archiepiscopi apponunt manus suas ad brachium sancti Thomae, non tamen manum apostoli regendo. Et iacet ibi corpus integrum et illaesum cum crinibus, barba et vestimentis suis, quibus utebatur vivus; sed est coopertum pannis preciosissimis. Eciam ad dictam ministracionem corporis Cristi serviunt eciam duo alii archiepiscopi, tenentes patenas sub manu apostoli. Item serviunt duo alii archiepiscopi, tenentes mappam preciosissimam. Et sunt ibidem miracula varia: leprosi mundantur, caeci vident, infirmi curantur et plura alia. **46.** Et postea, secundis vesperis completis, tunc presbiter Iohannes et alii praelati ponunt corpus ad locum suum ad unam magnam capsam preciosissimam mirae pulchritudinis, factam de auro et lapidibus preciosissimis, ad unam turrim

[x]) faciem *A*. [y]) *dem Apostel*. [z]) *dieser Vorgang ist in a nicht verstanden, und in Folge dessen geändert:* Missa igitur finita presbiter Iohannes, archiepiscopi et ceteri praelati religiosi cum aliis hominibus christianis devote geniculando et humillime se inclinando accipiunt sacramentum de manu apostoli. Patriarcha vero ministrat seu porrigit apostolo sacramentum ad digitos, qui dignis tribuit et retrahit indignis. [a]) *von* Et *bis* receperunt *fehlt a*. [b]) amore *A*. [c]) ab hoc *A*.

Digitized by Google

fortissimam retro ecclesiam ad unum chorum pulchrum, et pendet capsa alte in quatuor cathenis aureis. Et tunc clauditur turris, nec aperitur nisi in vigilia Thomae. Et ante capsam sunt continue XII lampades[d] ardentes, quae nunquam extinguuntur nec incenduntur[e] nec deminuuntur, ut dicitur. Et supra istam capellam stant quinque turres altae nimis, in quibus splendent lapides preciosi, itaque videntur in mari per XIIII dietas, et secundum hoc [191] nautae se regunt applicando se ecclesiae sancti Thomae praedictae.

47. Ad partem orientalem sunt regna, ubi[f] sancti tres reges morabantur, et sunt totaliter montosa, et ibi nunquam est hyemps, ut dicitur. Et ibi homines pungnant cum serpentibus et aliis animalibus venenosis. Et ibi est mons altissimus, qui vocatur Arabum, ubi quando ab una parte est nox, ab alia parte est dies, et econtra, ut dicitur.

48. Et tunc accipiendo licenciam presbiteri Iohannis et aliorum dominorum intravimus navem ulterius navigando per decem dietas ad unam insulam pulcherrimam et planam, habentem spacium quatuor miliarium et plenam arboribus pulchris cum fructibus et aliis diversis speciebus, et floribus ornatam et pluribus volatilibus dulciter cantantibus repletam. Et exeundo navem nostrorum XII cum patrono nostro transivimus in eadem insula videndo illa ornata. Et patronus noster inhibuit, ne aliquit abstulerimus, et fuimus ibidem, ut nobis videbatur, circa tres horas. Sed cum rediebamus ad navem, dixerunt socii nostri in navi, quod ibidem fuimus tribus diebus et noctibus. Et ibi non erat nox. Et vocatur illa insula »radix paradisi«. **49.** Et ulterius navigando per XII dietas venimus[g] ad montem Edom. Super illo monte dicitur esse paradisus terrestris, et ille mons est nimis altus et directus ad modum turris, ita quod nullus potest esse accessus ad illum montem. Et circa horam vesperarum, cum sol descendit splendens ad montem, tunc videtur murus paradisi in magnà claritate et eciam pulcherrime ad modum stellae. Et prope per spacium unius miliaris est mons, ubi dicitur fuisse Allexander magnus Romanorum imperator[h], qui sibi subiugavit totum mundum et voluit habere tributum a paradiso, ut dicitur ibidem.

50. Modo ad reditum nostrum ad partes[i] navigando per mare, in extremis partibus maris per XXIIII dietas prospero vento veniebamus ad insulam valde horribilem lapidosam, et ibidem dicitur esse purgatorium. Et illa est arida et tenebrosa, et prope illam insulam fecimus moram tribus diebus et noctibus et audivimus clamores varios et gemitus animarum. Et legi in navi tres missas pro defunctis illis tribus diebus, et tercia die finita missa veniebat vox cunctis audientibus dicens »Laus deo omni[192]potenti de istis tribus missis, quia liberati sunt tres animae de purgatorio«. **51.** Et ulterius navigando bene per quatuor menses veniebamus ad unam insulam planam ad spacium unius miliaris, et exivimus praeparando nostra cibaria. Et incenso ibi igne submersit se[k] illa insula, nobis ad navem fugientibus cibaria nostra cum ollis ibidem relinquendo. Et dicebatur, quod illa insula fuit quidam piscis vocatus

---

[d]) lampas *A*. [e]) incenguntur *A*. [f]) ibi *A*. [g]) *fehlt A*. [h]) Rom. imp. *fehlt a*. [i]) *hier scheint ein Wort zu fehlen, etwa* occidentales? *oder* nostras *für* nostrum? [k]) submerse *A*.

Digitized by Google

